



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exorcismorum

**Eynatten, Maximilien de
Antverpiae, 1626**

Benedictio Ouorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40734

domorū de sanguine eiusdem agni perungī
præcepisti: quique in priori Testamento car-
nes animalium in sacrificio offerri voluisti,
& in cibum & refectionem hominibus con-
cessisti: quæsumus ut hanc carnem bene+
dicere & sancti+ficare digneris, quam fa-
muli tui ad laudem tuam sumere deside-
rant, per resurrectionem eiusdem Domini
nostrī Iesu Christi: Qui tecum viuit & re-
gnat in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Et mox aspergit Aqua benedicta.

Benedictio O V O R V M.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Vers. Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-
ritu tuo. Oremus.

Superueniat, quæsumus Domine, tuæ be-
nedictionis gratia huic ouorū creaturæ:
ut cibus salubris fiat fidelibus tuis in gratiarū
actione sumentibus, ob resurrectionem Do-
mini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit &
regnat in sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Et asperget Aqua benedicta.

Benedictio quorumcumque

F R V C T V V M.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Vers.